

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6540

Autre(s) référence(s) : Bates 214 / Round 712

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : ...1076...

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Notice relatant un différend survenu entre l'abbaye du Mont Saint-Michel et Jean, fils de Richard, sur un moulin de Vain et jugé en présence de l'évêque Geoffroy de Coutances et d'autres juges délégués par le roi Guillaume [Ier]. Ce notice présente le texte de la chartre par laquelle le roi donne le moulin à Vains à l'abbé Renouf.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Grands rôles des échiquiers de Normandie*, Paris/Caen/Rouen, Derache/Hardel/Le Brument (MSAN ; 15, 16), 1845-1852, 2 vol., t. 1, p. 196.
- b. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces justificatives, n° 36 (édition partielle).
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 214, p. 672-675.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 712. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 92.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 672-673).

Texte établi d'après c

IN NOMINE SANCTAE [ET INDI]VIDUAE TRINITATIS PATRIS ET Filii et Spiritus Sancti. Antiquorum sollers pr[ovi]dentia approbabilis more instituit super quasque possessiones aecclesiarum cartarum adhiberi testimonia quibus viriliter opprimatur quotiens emerit calumpniatorum pervicax insolentia. Ea ergo intentione, commodum duximus noticie posterorum tradere qualiter devenerit in dominio monachorum Sancti MICHAELIS molendinum de quo Johannes filius Ricardi conatus est eidem sancto archangelo calumpniam struere, et qualiter eidem calumpniatio oppressa sit justo iudicio optatum patriae breviter annectere. Igitur gloriosae recordationis ROTBERTUS dux Normannorum, qui abbatiam Montis Sancti Michaelis amplis fundorum redditibus nobilissime

dilatavit, præfatum molendinum quod in proprio jure tenebat aliaque quam plurima eidem loco solenni largitione condonavit, et ne quisquam sequentium auderet adimere quicquam ex iis juri Sancti MICHAELIS cum terribili anathemate cyrographum fieri imperavit digestumque manu sua roboravit. Qui, postquam in reditu Jerusalemiano apud Niceam hominem exiens aeternae vitae, ut credimus, sublimatus est solio, SUPPO ABBAS ipsius loci contra jus fasque idem molendinum dedit Ranulfo monetario monachis id contradicentibus unanimi consilio. Postmodum autem jam domni RANNULFI abbatis temporibus idem molendinum Gualeranus filius Ranulfi optinuit ceteris suae parentelae multipliciter deficientibus a quo praefatus domnus abbas Ranulfus non minimo pretio illud redemit, pluribus adhibitis testibus etiam gloriosissimo seniore nostro Guillelmo, tunc quidem Normannorum principe, deinceps quoque Anglorum REGE, id annuente scriptoque confirmante coram suis fidelibus ut liquet ipsius verbis insequentibus quae ex alia huic membranulae annexa sunt proprii characteribus.

Ego Guillelmus gratia Dei totius Normannie comes, rogatus multis modis ab abbate Ranulfo monasterii beati archangeli MICHAELIS, quod est in monte qui Tumba antiquitus nuncupatur, concessi eidem loco molendinum in villam que Veim vocatur perpetuo possidendum, largiente mihi eodem abbate sua spontanea voluntate ob memoriale sempiternum triginta tres libras cenomannenses. Et ut haec mea donatio inconcussa in posterum successione maneat perpetuum subter manu propria signum vivificæ crucis imprimere curavi.

Signum gloriosissimi Normannorum ducis Guillelmi +. Testes autem affuerunt Johannes præsul Abrincensis +, Hugo præsul Lexoviensis +, Rotbertus Bertram +, Richardus vicecomes +, Radulfus cubicularius +, Radulfus filius ejus et alii quam plurimi.

Hinc iam post quindecim plus minusve annorum interstitia, prefato serenissimo rege Will(el)mo indempto ac nobiliter gubernante Anglici regni fastigia, supradictus Johannes ad calumpniandum idem molendinum insperate prosiliit, sui consilium animatus insania, et quasi precepto eiusdem incliti regis ipso penitus ignorante, saisivit illud, non premissa iuste probationis audientia. Sepefato vero domno Rannulfo abbate haud enerviter obsistente, et tale preiudicium sancto MICHAELI ac sibi illatum esse, regi suggerente, tandem in regali curia locus datus est disceptandi utrinque, numerositate optimatum patriæ assidente, e quibus domnus Gausfredus Constantiarum presul est delegatus regali auctoritate discussor et iudex huius disceptationis, pariterque Ranulfus vicecomes, Niellus filius Nielli, Rotb(er)tus de Vezpunt, aliique quam plures iudices amplæ opinionis qui diligenter et ad unguem disquirentes originem contentionis, legali iudicio diffinierunt idem molendinum debere sancto MICHAELI suisque monachis manere in perpetuitate omnis successionis.

Hanc diffinitionem victoriosissimus rex Guill(el)mus approbans et confirmans, regali suffragio iussit hæc mandari scripture, testimonio idque ad perenne monumentum per verba sequentia roboravit, affixo signo proprio. Ego Guill(el)mus gratia Dei rex Anglorum ac princeps Normannorum per hoc + signum sancte crucis confirmo decretum meorum optimatum suprascriptorum, ut molendinum comitis quod abbas Rannulfus, me favente a Gualeranno redemit, perpetuo sit iuris sancti MICHAELIS ad victum suorum monachorum, nec habeat potestatem quicquam meorum successorum, seu eiusdem Montis abbatum vel monachorum hoc a me meisque sanctitum immutare qualibet occasione aut quantalibet numerositate preciorum.

Signum victoriosissimi regis Guill(el)mi +. Signum nobilissime Mathildis regine +.